1254.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 29 (1)

Alexander eps servus servor(um) dei. venerabilib(us) fratrib(us) universis archiepis et epis ac dilectis filiis abbatib(us) priorib(us) decanis archidia
conis archipbris et aliis eccliar(um) plat(is) (et) cet(er)is psonis ecclasticis tam sclarib(us) qua regularib(us) cuiuscu(m)q(ue) ordinis uel pfessionis existant salt (et) aplica(m)
ben. Nec insolitum est nec nouum ut ea que p occupatioem uel in festinantia fiunt q(ue) p eo q(uo)d congrue delibationis limam pterierunt in pre
sionis consideratio(n)is reducantur examen ut rectiora et elimatiora p attentione plenioris discussionis emanent. Sane quedam ab apo
stolica sede littere tpre felicis recordationis Innoc. pp. IIII. pdecessoris nri litte (con)cesserunt in quib(us) ipe universis religiosis cuiuscu(m)q(ue) p
fessionis uel ordinis districte in uirtute obedientie iniungebat ut parrochianos alienos dieb(us) dnicis et festiuis non reciperent decetero in
suis ecclis seu oratoriis temere ad diuina nec ipos ullatenus ad penitentia admitteret sine suor(um) licentia sacerdotum nec eis in
suis pdicarent ecclis ante missar(um) sollepnia q(ue) p quib(us) audiendis prima diei parte iidem parrochiani consueverunt (et) debent in
suis ecclis conuenire. Nec sermones etiam sollepnes facerent illa hora. Sed nec ad pdicandum sollepniter ad parrochias ali
enas accederent nisi eent ab ear(um) sacerdotib(us) inuitati ut saltem nisi se ad id humiliter peterent (et) obtinerent admitti. Nec
ea die qua diocesanus eps uel alius loco eius pdicaret sollepniter maxime in ecclia cathedrali aliquis ipor(um) i eadem ciuitate uel
loco psumeret pdicare. Si uero in casu licito parrochianum alteri(us) eos in suis ecclis recipe ad sepulturam co(n)tingeret omni(m) q(ue)
obtentu consequerentur hui(us)modi sepulture portione canonicam etia non requisiti infra octo dies a tempore receptionis eor(um) epo
uel sacerdoti de cui(us) parrochia mortuus eet assumptus exhibere curarent. Si autem aliquis religiosor(um) ipor(um) hui(us) pcepti tra(n)s
gressor contra pdicta uel aliquod pdictor(um) uenire psumeret pter inobedientie uitium (et) excommunicationis sniam quam eum in
currere uoluit ipo facto gradus sui piculo subiaceret. et nichilomin(us) a diocesano ad pmissa universa (et) singla obser
uanda p censuram ecclasticam appllatione remota districti(us) cogeretur. Nullis ei contra hec indulgentiis uel priui
legiis aplicis ualituris. Verum quia sup pmissis litteris cogitare attenci(us) et studiosi(us) deliberare (com)ponim(us) pacis co(m)
modum (et) quietis solatium ecclis (et) psonis ecclasticis potissime cupientes psatas litteras (et) sique alie sup pdictis uel
eor(um) aliquo contra psatos religiosos uel aliquos ex ipis generaliter uel spaliter pter formam comune (et) solitam (con)cessere
ac mandata seu pcepta facta in eis uel ear(um) auctoritate duxim(us) penit(us) reuocanda. Ideoq(ue) universitati ure p aplica scripta man
damus quatin(us) p hui(us)modi litteras uel occasione mandator(um) seu pceptor(um) aut sententie que continent nichil prorsus agatis. cu
nullam deinceps efficaciam habeant uel uigorem. Dat Neapoli XI. kl Januar. pontificat(us) nri anno primo.

Ego leonius de lonate Ciuis Mediol not. autenticum hui(us) exempli uidi (et) legi. (et) sicut in eo (con)tinebat(ur). ita (et) in isto. pt litteras plus minusue.

Ego Jacob(us) zanon Ciuis Mediol. not. autenticum hui(us) exempli uidi et legi. et sicut in eo (con)tinebat. ita et in isto. pt litteras plus minusue. et ad (con)firmandum sri(psi).

Ego albertus zanon. de Ciuitate Mediolan. Not. hoc exemplum ab autentico exemplaui. bulla plumbea dni. pp. munito. non leso uel corrupto
aut uiciato i aliqua parte sui. Et sicut i eo (con)tinebat(ur). ita (et) in isto legit(ur) exemplo. Nich addito uel mutato pter litteram uel sillaba q(ue) sensum non mutat.

Et ego Stephan(us) gallarat(us) scriba dni fris leonis di gra venerabil archiepi mediolan originale rescriptum bulla papali munitum uidi (et) legi in q(uo) (con)tinebat(ur) ut in hoc exemplo
legit(ur) pt litteras uel sillabas pucas uel q(ue) sensum non uariat plus uel min(us) (et) iussu ipi(us) dni archiepi s(crips)i.

Pateat uniuersis psentes litteras inspecturis q(uo)d nos frater leo diuina miseratione archieps mediolan litteras dni pp. non cancellatas non uiciatas neq(ue) in aliq(ua) parte abrasas seu
abolitas uidim(us) bullatas cu filo pendente uera bulla plumbea psentem (con)scripta forma. et ad maiore h(uius) tra(n)scripti firmitate mandauim(us) hoc nri sigilli munimine roborari.

Merseb. 29 (1)

Merseb. 29 (1) P. 1

[illegible]

Recognitio [illegible]
[illegible]

1254 20 Dec
Alexander IV [illegible]
[illegible]

[library stamp]

1254.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 29 (1)

Alexander episcopus servus servorum dei. venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidia
conis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis et ceteris personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus cuiuscumque ordinis vel professionis existant salutem et apostolicam
benedictionem. Nec insolitum est nec novum ut ea que per occupationem vel in festinantia fiunt, pro eo quod congrue deliberationis limam preterieunt, in processus
sionis consideratione reducantur examen, ut rectiora et elimatiora per attentione plenioris discussionis emanent. Sane quedam ab apo
stolica sede littere tempore felicis recordationis Innocentii pape IIII. predecessoris nostri littere processerunt in quibus ipse universis religiosis cuiuscumque pro
fessionis vel ordinis districte in virtute obedientie iniungebat ut parrochianos alienos diebus dominicis et festivis non reciperent decetero in
suis ecclesiis seu oratoriis temere ad divina, nec ipsos ullatenus ad penitentiam admitteret sine suorum licentia sacerdotum. Nec eis in
suis predicarent ecclesiis ante missarum sollepnia, quibus audiendis prima diei parte iidem parrochiani consueverunt et debent in
suis ecclesiis convenire. Nec sermones etiam sollepnes facerent illa hora. Sed nec ad predicandum sollepniter ad parrochias ali
enas accederent nisi essent ab earum sacerdotibus invitati vel saltem nisi se ad id humiliter peterent et obtinerent admitti. Nec
ea die qua diocesanus episcopus vel alius loco eius predicaret sollepniter maxime in ecclesia cathedrali aliquis ipsorum in eadem civitate vel
loco presumeret predicare. Si vero in casu licito parrochianum alterius eos in suis ecclesiis recipere ad sepulturam contingeret omnium que
obtentu consequerentur huiusmodi sepulture portionem canonicam etiam non requisiti infra octo dies a tempore receptionis eorum episcopo
vel sacerdoti de cuius parrochia mortuus esset assumptus exhibere curarent. Si autem aliquis religiosorum ipsorum huius precepti trans
gressor contra predicta vel aliquod predictorum venire presumeret preter inobedientie vitium et excommunicationis sententiam quam eum in
currere voluit, ipso facto gradus sui periculo subiaceret. et nichilominus a diocesano ad premissa universa et singula obser
vanda per censuram ecclesiasticam appellatione remota districtius cogeretur. Nullis ei contra hec indulgentiis vel privi
legiis apostolicis valituris. Verum quia super premissis litteris cogitare attentius et studiosius deliberare proponimus pacis com
modum et quietis solatium ecclesiis et personis ecclesiasticis potissime cupientes prefatas litteras et sique alie super predictis vel
eorum aliquo contra prefatos religiosos vel aliquos ex ipsis generaliter vel specialiter preter formam comunem et solitam processere
ac mandata seu precepta facta in eis vel earum auctoritate duximus penitus revocanda. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta man
damus quatinus per huiusmodi litteras vel occasione mandatorum seu preceptorum aut sententie que continent nichil prorsus agatis. cum
nullam deinceps efficaciam habeant vel vigorem. Datum Neapoli XI. kalendas Januarii. pontificatus nostri anno primo.

Ego Leonius de Donate civis Mediolanensis notarius autenticum huius exempli vidi et legi. et sicut in eo continebatur. ita et in isto. preter litteras plus minusve.

Ego Jacobus Zanoni civis Mediolanensis notarius autenticum huius exempli vidi et legi. et sicut in eo continebatur ita et in isto. preter litteras plus minus ve. et ad confirmandum subscripsi.

Ego Albertus Zanoni de civitate Mediolani notarius hoc exemplum ab autentico exemplavi. bulla plumbea domini pape munito. non leso vel corrupto
aut viciato in aliqua parte sui. Et sicut in eo continetur. ita et in isto legitur exemplo. Nichil addito vel mutato preter litteram vel sillabam que sensum non mutat.

Ego Stephanus Gallarati scriba domini fratris Leonis dei gratia venerabilis archiepiscopi Mediolani originale rescriptum bulla papali munitum vidi et legi. in quo continebatur ut in hoc exemplo
legitur preter litteras vel sillabas preter ut que sensum non variat plus vel minus. et iussu eiusdem domini archiepiscopi subscripsi.

Pateat universis presentes litteras inspecturis quod nos frater Leo divina miseratione archiepiscopus Mediolani litteras domini pape non cancellatas non viciatas neque in aliqua parte abrasas seu